Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35472
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



& probra nephandissima. O
q̄ dura & aspera pro hom̄ibz
passus es bone Jhū. dura ver
ba. duriora verbera. & duris
sima & horrida crucis torme
ta. Laudent ergo te & adorēt
cuncti fideles qui p passionē
& mortē tuam de tenebris ad
lucem. de morte ad uitam. de
corruptione ad incorruptio
nem. de exilio ad patriam. de
luce ad gaudiū vocati sunt.

De acerbissimis glo
riose virgis & doloribz.